



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Cap. 24.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Franciam, relictis cum Godegisilo quinq; millibus Francorum. Exiens Gundobadus de Auione resumptis viribus Godegisilum Viennæ circundat, per aquæ ductum in ciuitatem ingrediens, Godegisilum interfecit, Francos aggregatos in vnam turrem ferro trucidauit, nihilq; postea Clodoueo reddere disposuit.

Cap. 24.

+ al. XCC.

Greg. 2. de gest.
Franc. c. 37. Ai.
moin. 1. c. 21.
Baron. tom. 6.
an 507.

f al Clodoucus

Bigitur Alaricus rex Gothorum cū amicitias fraudulenter cum Clodoueo inisset. Quod Clodoueus discurrente Paterno legato suo cernens, aduersus Alaricum arma commouet, & in Campania Voglauenfi * x. ab vrbe Pictaua miliario Alaricum interfecit, & plurima manu Gothorum trucidata, regnum eius à mari Tyrreno, Ligeri fluuio & montibus Pireneis vsq; Oceanum mare à Clodoueo occupatum est. Et thesauros Alarici à Tolosa auferens secum Parisius duxit, & multis muneribus Ecclesiam sancti Martini & sancti Hilarij ditauit: quorum fultus auxilio hæc celeriter impleuit. Cumq; Parisius perrexisset, ibi cathedram regni constituit. Theodoricus eiusdem filius, ciuitatibus captis circa maritima iussu patris filius ad eum reuertitur. Filius Sigiberti regis nomine Theodoricus, quem cum exercitu eius in subsidium contra Gothos Clodoueus habuerat, leuis verbis, dum per Scalde fluuium nauigaret, attractus. Ipse vero patrem suum Sigibertum in Burgundia interfecit dolose: & ipse à percussoribus Clodouei interfectus est. Regnum Sigiberti absq; ylo prælio cum thesauris Clodouei assumpsit.



Carti-